

NONVM, Capitis & caudae magnitudinem quanta in ipso Cœlo per seru-
gæ extitit, mensurabit.

Atq; his nouem Capitibus prior pars finem imponet iis, quæ è propriis con-
siderationibus circa Cometam hanc proponenda censuimus.

DECIMVM vero & Ultimum Caput, quo unico totam posteriorem Libri
partem (ut dixi) comprehendo, circa aliorum quotquot habere licuit Sententias
discutiendas occupabitur, & ob aliquantam prolixitatem in duo subdividetur
membra. Quorum anteriore, de eorum inuentionibus & placitis, qui Cometam
hunc Aethereum & Superlunarem fuisse rectissime nobiscum senserunt, tra-
ctabimus Posteriore vero illorum, qui contrarium statuentes Elementari Mun-
do illum attribuerunt, opiniones diluemus.

Hanc autem Secundæ Partis disputationem non eam ob causam instituimus;
quod ullius honori vel existimationi quicquam, sicuti abs non a dixerit, detrac-
tum velimus (Idem minus ingenuum & à sinceritate Mathematica alic-
num) sed solummodo omnia in uicem & cum ipissima Veritate, tanquam ad
Lydium lapidem probantes, expendere voluimus ita ut vel ipsis Autoribus ar-
bitris certitudinem penitiorem inquirendi, errorumq; obstantium impedimen-
& a se mouendi studio hanc operam a nobis sumptam, concessum irisperemus.

Hæc breuiter enumerata sunt, quibus Liber noster Secundus constabit. Con-
fidimus autem nos huius cognitionis cupidis & intelligentibus ita in his satisfe-
cisse adeoq; dilacridis & inuictis Apodixibus rem omnem comprobasse, ut nullus
hesitationi vel contradictioni (modo dextre & sine præiudicio, veluti Mathe-
maticos decet verum dignoscere amplectiq; velint) relinquatur locus: Sed po-
tius error omnis, quem tot seculis peperit Autoritati & plausibilibus Peripa-
tetorum argutiis vulgariter Philosophantium innixa opinio, ab in-
temerata Veritatis Schola vel tandem ali-
quando facessat.

SECVITVR

PRIMA PARS.

CAPVT